

quibus semper deum orare et benedicere oportet. Ille ergo in omni loco orat deū. qui per charitatis officia et bona opera. ubiq; manus cordis mundas eleuare ad deum satagit. Tempore autem. quoniam canonicas horas ad orandum a patribus constitutas incessanter seruat ecclesia. quas quasi pro debito exorandi officio statutas. nullo modo negligere fas est. ut sunt. Prima. tertia. sexta. nona. uespera. et ceterę quę similiter obseruantur. Nec enim illud hęc constitutionē cōfundit. quod psalmista dicit. Benedicam dominū in omni tpe. semper laus eius in ore meo. et apostolus. Sine intermissione inquit orate. et reliqua. Benedicere enim dñm est in omni tempore. semper illum digna conuersatiōe laudare. & sine intermissione orare est. om̄ia in gloriā dei agere. sicut dicit idem apostolus. Siue enī manducatis siue bibitis. siue aliud quid facitis. om̄ia in gloriā dei facite. Supradictę enī horę ideo specialiter ad orandum discretę sunt. ut si forte aliq; ope fuerimus detēti. ipsum nos ad officium tempus admoneat. Quę tēpora in scripturis diuinis prestituta inueniunt. Nā in ueteri testamento preceptum est quottidie. mane. et uespere domino adolere incensum. Et Dauid dicit. Vespere. mane. et meridię. narrabo et annunciabo. & exa udiēt uocem meam. Et item. Septies in die laudem dixi tibi. Sed & sanctus Daniel ppheta. tertia. et sexta. et nona hora diei ad deprecandum dominū. ascendit in solariū suum. expāsis manibus ad cælum. deum deprecatur pro se & pro populo Israhel.

DE MATVTINA CELEBRATIONE. Ca. II.

Rimū ergo de maturiorū aētate Dauid ppheta testatus ē dicēs. Deus deus meus ad te de luce uigilo. et itē. In matutis meditabor ī te. et itē.

Preuenerunt oculi mei ad te diluculo, ut meditarer  
eloquia tua. Diluculo autem proinde oratur, ut resur-  
rectio Christi celebretur. In uigilia ergo matutina dñs  
Iſrahel ducens per mare rubrū, Pharaonē & Egiptios  
in ipſo dimerſit, & matutina hora Chriſtus a morte res-  
urgens, populum ſuum ſaluās, diabolum & ſatellites  
eius eterna captiuitate damnauit. Matutina enim luce  
radiante, dñs et ſaluator noſter ab inferis reſurrexit,  
quādo coepit oriri fidelibus lux, quę moriēte Chriſto  
occiderat peccatoribus. Siquidem et eodem tempore  
cunctis ſpes futurę reſurrectionis creditur, cū iuſti &  
omnes ab hac temporalī morte, quaſi a ſopore ſomni  
reſurgentes euigilabunt.

DE OFFICIO PRIMAE HORAE Ca. III.

Rime autem horę celebratio proinde fit, quia  
p in ortu diei quando Sol ab oriente primū appa-  
ret, oportet ut ſolem iuſtitie oriri poſtulemus,  
vt in illius lumine ambulantes, peccatorum tenebras  
& laqueos mortis euadamus, Iuxta illud, quod ipſa  
ueritas nos admonet dicens, Ambulate dum lucē ha-  
betis, ne forte tenebre uos comprehendāt. Et itē, Qui  
ambulat in die non offendit. *Ego ſum lux v. 11*

DE TERCIAE HORAE CELE-  
BRATIONE. Ca. III.

Ercie horę officium ideo fit, quia tertia hora  
t Chriſti paſſio coepit, cum per Iudeorū linguas  
iam tunc dominus crucifixus eſt, et poſt reſur-  
rectionem eius in die pēthecoſtes, tertia hora ſpīritus  
ſanctus ſuper apoſtolos deſcendit. Suo utiq; loco &  
numero ad probationem uenerabilis trinitatis, ſpūs  
paracletus deſcendit ad terras, impleturus gratiā quā  
Chriſtus promiſit.